

PEDES FINIUM.

PEDES FINIUM.

(Continued from Vol. IV. p. 308.)

CLVIII.—(111 J.)

[12th November, 1206, 8 Jo.]

(Ralph, clerk, of Delminden, acknowledges eighteen acres in Delminden, to Amisius de Betenham and Geoffrey his brother; and thereupon they grant the said land to the said Ralph, to be held for life, of them and their heirs, by the service that pertains to the said land, which they undertake to do themselves to the chief lord. On the death of the said Ralph the land to revert to the said Amisius and Geoffrey, free of all claim from the heirs of the said Ralph.)

Apud Westmonasterium, in crastino Sancti Martini, anno regni Regis Johannis octavo.

Coram G. filio Petri, Simone de Pateshulle, Eustachio de Fau-
cunberge, Henrico Archidiacono Stafford, Johanne de Gestling,
Waltero de Cresping, Justiciariis, etc.

Inter AMISIUM DE BETENHAM, et GAUFRIDUM fratrem suum,
petentes, et RADULPHUM, clericum, de DELMUNDEN, tenentem.


De decem et octo acris terre, cum pertinentiis, in DELMUNDEN.¹

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod
predictus RADULPHUS recognovit totam predictam terram, cum
pertinentiis, esse jus predictorum AMISII et GAUFRIDI.

Et pro hac recognitione et fine et concordia, predicti AMISIUS
et GAUFRIDUS concesserunt eidem RADULPHO totam predictam
terram, cum pertinentiis. Tenendam de se et heredibus eorum,
eidem RADULPHO, tota vita sua, per servicium quod ad terram
illam pertinet. Et predicti AMISIUS et GAUFRIDUS, et eorum
heredes, facient servicium illud capitalibus dominis feodi illius.
Et post decessum ipsius RADULPHI, tota predicta terra, cum

¹ In Hawkhurst.

pertinentiis, revertetur ad ipsos AMISIUM et GAUFRIDUM, et ad eorum heredes, quieta de heredibus ipsius RADULPHI, in perpetuum.



CLIX.—(116 J.)

[12th November, 1206, 8 Jo.]

(In a recognizance of Mortdauncestor, Ralph, clerk, of Delminden, acknowledges eighteen acres of land in Delminden to be the right of Stephen de Saxingerherste, who thereupon grants the said land to the said Ralph, to be held for life, of the said Stephen and his heirs, by the service that pertains to the said land, and the said Stephen and his heirs will do the said service to the chief lords of the fee. And after the death of the said Ralph, the said land shall revert to the said Stephen and his heirs, free of all claims from the heirs of the said Ralph.)

Apud Westmonasterium, in crastino Sancti Martini, anno regni Regis Johannis octavo.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 158.]

Inter STEPHANUM DE SAXINGERHERSTE,¹ petentem, et RADULPHUM, clericum, de DELMUNDEN, tenentem.

De decem et octo acris terre, cum pertinentiis, in DELMUNDEN.

Unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus RADULPHUS recognovit totam predictam terram, cum pertinentiis, esse jus ipsius STEPHANI.

Et pro hac recognicione et fine et concordia, idem STEPHANUS concessit predicto RADULPHO totam predictam terram, cum pertinentiis, tenendam ipsi RADULPHO, tota vita sua, de ipso STEPHANO et heredibus suis, per servitium quod ad terram illam pertinet. Et idem STEPHANUS, et heredes sui, facient servitium illud capitalibus dominis feodi illius. Et post decesum ipsius RADULPHI, tota predicta terra, cum pertinentiis, re-

¹ *i. q.* Sissinghurst, in Cranbrook.

vertetur ad ipsum STEPHANUM et ad heredes suos, quieta de heredibus ipsius RADULPHI, in perpetuum.¹

CLX.—(97 J.)

[18th November, 1206, 8 Jo.]

(Alice de Borden to Stephen de Hecham and Matilda his wife, a mediety of twenty-five acres of land in the field called FARRESMER, except one acre, in ton, and the mediety of a wood in Isseworth. The other mediety of the said wood and the said acre, the said Alice shall hold of the said Stephen and Matilda, and the heirs of the said Matilda, by service of eleven pence per annum; and the residue of the said twenty-five acres shall remain to the said Alice and her heirs, to hold of the chief lord by service due therefrom.)²

Apud Westmonasterium, in octabis Sancti Martini, anno regni Regis Johannis octavo.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 158.]

Inter STEPHANUM DE HECHAM, et MATILLIDEM uxorem suam, petentes, per ipsum STEPHANUM, positum loco ipsius MATILLIDIS, ad [lucrandum vel] perdendum, et ALICIAM DE BORDEN, tenentem.

De viginti quinque acris terre, cum pertinentiis, in ton acris bosci, cum pertinentiis, in ISSEWURTHE.

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet sus Austrum, et totus campus qui vocatur FARRESMERE, preter unam acram versus Aquilonem MATILLIDI uxori sue, et heredibus ipsius MATILLIDIS, quiete de ipsa ALICIA, et heredibus suis, in perpetuum talibus dominis feodi illius, per servicium quod pertinet ad medietatem predicti bosci, et ad predictum campum de FARRESMERE. Et alteram medietatem predicti bosci, et acram predictam, tenebit ipsa ALICIA de ipsis STEPHANO et MATILLIDE et heredibus ipsius MATILLIDIS, in

¹ This seems to be the same property that is the subject of the preceding Fine, No. CLVIII. The different parties, probably had interest in it, either vested or reversionary, rendering necessary the separate acknowledgments.

² The above précis is the best that we have been able to make from the imperfect materials before us.

perpetuum, per servicium undecim denariorum per annum, reddendorum ad duos terminos. Scilicet, ad Pascha quinque denarios et obolum, et ad festum Sancti Michaelis, quinque denarios et obolum, pro omni servicio. Et totum residuum de supradictis viginti quinque acris terre remanebit ipsi ALICIE, et heredibus suis, quietum de ipsis STEPHANO et MATILLIDE, et heredibus suis, in perpetuum, tenendum de capitalibus dominis feodi illius, per servicium quod ad residuum predictarum viginti quinque acrarum terre, cum pertinentiis, pertinet.

CLXI.—(117 J.)

[25th November, 1206, 8 Jo.]

(Ralph Fitz Nicholas, for sixpence, acknowledges to Alfwin Fitz Godwin two acres of land in Swanscombe.)

Apud Westmonasterium, in xv dies post festum Sancti Martini, anno regni Regis Johannis octavo.

Coram G. filio Petri, Eustachio de Faucunberg, Johanne de Gestling, Waltero de Cresping, Justiciariis, etc.

Inter ALFWINUM FILIUM GODWINI petentem, et RADULPHUM FILIUM NICHOLAI, tenentem.

De duabus acris terre in SWANESCAMP.¹

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus RADULPHUS recognovit predictas duas acras terre, scilicet, per perticam mensuratas,² esse jus ipsius ALFWINI, et eas remisit et quietas clamavit de se et heredibus suis, eidem ALFWINO et heredibus suis, in perpetuum.

Et pro hac recognitione et quietas clamancia et fine et concordia, idem ALFWINUS dedit predicto RADULPHO sex denarios.

¹ *i. e.* Swanscombe.

² See note to No. CVII.

CLXII.—(112 J.)

[25th November, 1206, 8 Jo.]

(Godefry Fitz Nicholas, for sixpence, acknowledges to Alfwyn Fitz Godwin two acres of land in Swanscombe.)

Apud Westmonasterium, in xv dies post festum Sancti Martini, anno regni Regis Johannis octavo.


Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 161.]

Inter ALFWINUM FILIUM GODWINI, petentem, et GODEFRIDUM FILIUM NICHOLAI, tenentem.

De duabus acris terre in SWANESCAMPE.

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus GODEFRIDUS recognovit predictas duas acras terre, scilicet, per perticam mensuratas, esse jus ipsius ALFWINI, et eas remisit et quietas clamavit, de se et heredibus suis, eidem ALFWINO et heredibus suis, in perpetuum.

Et pro hac recognicione et quieta clamancia et fine et concordia, idem ALFWINUS dedit predicto GODEFRIDO sex denarios.



¹ The two brothers in these two Fines, Nos. CLXI. and CLXII., joining in the quitclaim to Alfwyn Fitz Godwin.

CLXIII.—(106 J.)

[20th January, 1206-7, 8 Jo.]

(Aldeua, widow of Arnulf, for seven shillings, quitclaims to Aileua, daughter of Wulnorde, all right in six acres and a half of land in Gillingham, which the said Aldeua claims as dower out of the freehold of her late husband in the same ville.)

Apud Westmonasterium, in octabis Sancti Hillarii, anno regni Regis Johannis octavo.

Coram G. filio Petri, Simone de Pateshulle, Eustachio de Faucunberge, Johanne de Gestling, Waltero de Creping, Justiciariis, etc.

Inter ALDEUAM¹ que fuit uxor ARNULFI, petentem, et AILEUAM² filiam WULNORDE,³ tenentem.

De sex acris terre et dimidia, cum pertinentiis, in GILLINGHAM,⁴ quas predicta ALDEUA clamat pertinere ad rationabilem dotem suam quam ipsa habet de libero tenemento quod fuit predicti ARNULFI, quondam viri sui, in eadem Villa.

Et unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predicta ALDEUA remisit et quietum clamavit eidem AILEUE, et heredibus suis in perpetuum, totum jus et clamium quod ipsa ALDEUA habuit versus ipsam AILEUAM, in predicta terra, nomine dotis.

Et pro hac quieta clamancia et fine et concordia, predicta AILEUA dedit eidem ALDEUE septem solidos esterlingorum.

Arnulf = Aldeua.
Dead 1206.
1206.

Wulnorde =
Aileua.
1206.

¹ P Aldenam.² Ailenam.³ P Wuluoorde.⁴ See No. CXLVIII. *supra*, and No. CLXVI. *infra*.

CLXIV.—(113 J.)

[20th January, 1206-7, 8 Jo.]

(In a recognizance of Great Assise, Cecilia de Gretenesse, for eighteen marks of silver, quitclaims to Stephen de Cusinton all right in twenty-two acres in Escapeie, (P) Sheppy.)

Apud Westmonasterium, in octabis Sancti Hillarii, anno regni Regis Johannis octavo.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 163.]

Inter CECILIAM DE GRETENESSE, petentem, et STEPHANUM DE CUSINTON, tenentem.

De viginti duabus acris terre, cum pertinentiis, in ESCAPEIE.¹

Unde recognicio Magne Assise summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predicta CECILIA remisit et quietum clamavit, de se et heredibus suis, eidem STEPHANO et heredibus suis, in perpetuum, totum jus et clamium quod habuit in predicta terra, cum pertinentiis.

Et pro hac quieta clamancia et fine et concordia, idem STEPHANUS dedit predictæ CECILIE decem et octo marcas argenti.

CLXV.—(107 J.)

[3rd February, 1206-7, 8 Jo.]

(In a recognizance of Mortdauncestor, Alexander de Camera, for twenty shillings, acknowledges ten acres of land in Plumstede to be the right of Henry Fitz William and Richard his brother.)

Apud Westmonasterium, in tres septimanas post festum Sancti Hillarii, anno regni Regis Johannis octavo.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 163.]


Inter HENRICUM FILIUM WILLELMI, et RICARDUM fratrem suum, petentes, per STEPHANUM BONCRISTIEN positum loco eorum ad lucrandum vel perdendum, et ALEXANDRUM DE CAMERA, tenentem.

De decem acris terre, cum pertinentiis, in PLUMSTEDE.

¹ *i. e.* in Sheppy?

Unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus ALEXANDER recognovit totam predictam terram, cum pertinentiis, esse jus predictorum HENRICI et RICARDI, et eam remisit et quietam clamavit, de se et heredibus suis, predictis HENRICO et RICARDO, et heredibus eorum, in perpetuum.

Et pro hac recognicione et quietam clamancia et fine et concordia, predicti HENRICUS et RICARDUS dederunt eidem ALEXANDRO viginti solidos esterlingorum.



CLXVI.—(110 J.)

[10th February, 1206-7, 8 Jo.]

(Aldeua, widow of Arnulf, for twenty shillings, quitclaims to Wulnoth de Gillingham, eight acres of land in Gillingham, which she claims as her dower out of the freehold of her late husband Arnulf.)

Apud Westmonasterium, in unum mensem post festum Sancti Hillarii, anno regni Regis Johannis octavo.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 163.]

Inter ALDEUAM¹ que fuit uxor ARNULFI, petentem, et WULNOTHUM² DE GILLINGHAM, tenentem.³

De octo acris terre, cum pertinentiis, in GILLINGHAM, quas ipsa clamat pertinere ad rationabilem dotem suam quam ipsa habet de libero tenemento quod fuit predicti ARNULFI, quondam viri sui, in eadem Villa.

Et unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predicta ALDEUA remisit et quietum clamavit eidem WULNOTHO et heredibus suis, in perpetuum, totum jus et clamium quod ipsa habuit versus eum in predicta terra, nomine dotis.

¹ ? Aldena.

² The same name as Wuluorde, No. CLXIII.

³ See No. CXLVIII. and No. CLXIII.

Et pro hac quieta clamancia et fine et concordia, idem WULNOTHUS dedit predictae ALDEUE viginti solidos esterlingorum.

Arnulf = Aldeua.
Dead 1206-7.
1206-7.

CLXVII.—(101 J.)

[13th February, 1206-7, 8 Jo.]

(Eudo Patrik, for ten marks, acknowledges the advowson of Ash to the Prior and Brethren of the Hospital of Jerusalem.)

Apud Wodestok, die Martis proxima post [Octabas Purific]acionis Beate Marie, anno regni Regis Johannis octavo.¹

Coram ipso domino Rege, Galfrido filio Petri, Comite Essex, Pateshill, Jacobo de Poterna, Ricardo de Mucengrof, Justiciariis, etc.

Inter fratrem ROBERTUM TESHURARIUM,² Priorem Hospitalis Jerusalem, querentem, et EUDONEM PATERIK, deforciantem.

De advocacione ecclesie de ESSA.³

Unde placitum Warantie Carte fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus EUDO PATERIK recognovit advocacionem ipsius ecclesie de ESSA esse jus ipsius Prioris et fratrum hospitalis JERUSALEM, et illam remisit et quietam clamavit de se et heredibus suis, ipsi Priori et fratribus hospitalis JERUSALEM, et eorum successoribus, in perpetuum.

Et pro hac recognitione et remissione, quieta clamancia, fine et concordia, predictus PRIOR, et fratres hospitalis JERUSALEM, dederunt predicto EUDONI decem marcas argenti.

¹ By reference to the Itinerary of John, prefixed to the Volume of Patent Rolls, edited by T. G. Hardy, Esq., Deputy Keeper of the Records, it appears that John was at Woodstock on the 12th and 13th February, 1206-7. We can therefore supply the defect in the text with the words which we have inserted in brackets there, and satisfy ourselves that the true date of the Fine is 13th February, 1206-7. The Itinerary furnishes no other possible date for the Fine.

² *i. e.* Thesaurarium.

³ *i. e.* Ash next Wrotham.

CLXVIII.—(125 J.)

[25th June, 1207, 9 Jo.]

(Gilbert de Burnes acknowledges to William Trune (?) thirteen acres in Burnes, for which the said William grants the said land to the said Gilbert for life, to hold of the said William and his heirs by the free service of twelve pence per annum. At the death of the said Gilbert it is to revert to the said William and his heirs. The said Gilbert hands over in Court to the said William all the Charters in his possession relating to the said land.)

Apud Westmonasterium, in crastino Sancti Johannis, anno regni Regis Johannis nono.

Coram G. filio Petri, Eustachio de Faucunberge, Johanne de Gestling, Waltero de Cresping, Justiciariis, etc.

Inter WILLELMUM TRUNE,¹ petentem, per Martinum Pohhe² positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et GILBERTUM DE BURNES, tenentem.

De tredecim acris terre, cum pertinentiis, in BURNES.³

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus GILBERTUS recognovit totam predictam terram, cum pertinentiis, esse jus ipsius WILLELMI.

Et pro hac recognicione et fine et concordia, idem WILLELMUS concessit totam predictam terram cum pertinentiis eidem GILBERTO, tenendam tota vita sua de ipso WILLELMO et heredibus suis, per liberum servicium duodecim denariorum per annum reddendorum ad festum Sancti Michaelis pro omni servicio. Et post decessum ipsius GILBERTI, tota predicta terra, cum pertinentiis, revertetur ad ipsum WILLELMUM et ad heredes suos, quieta de heredibus ipsius GILBERTI, in perpetuum.

Et sciendum quod idem GILBERTUS reddidit eidem WILLELMO, in eadem Curia, omnes Cartas quas dicebat se habere de predicta terra.

¹ ? Trime, or Trinie, or Triuie, or Truue.

² ? Polghe.

³ Probably Bishopsborne, *alias* Bourne.

CLXIX.—(121 J.)

[20th January, 1207-8, 9 Jo.]

(In a recognizance of Great Assise, Baldwin Filloil acknowledges to Roger de Langeford half a knight's-fee in Bonington, to him and his heirs, to hold of the said Baldwin and his heirs by the service of half a knight's-fee.)

Apud Westmonasterium, in octabis Sancti Hillarii, anno regni Regis Johannis nono.

Coram ipso domino Rege, Simone de Pateshill, Henrico, Archidiacono Stafford, Jacobo de Poterne, Henrico de Pontealderi, Justiciariis, etc.

Inter BALDEWINUM FILLOIL, petentem, et ROGERUM DE LANGEFORD, tenentem.

De feudo dimidii militis, cum pertinentiis, in BUNINTON.¹

Unde recognicio Magne Assise summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus BALDEWINUS recognovit predictum feudum dimidii militis, cum pertinentiis, esse jus ipsius ROGERI. Habendum et tenendum ipsi ROGERO et heredibus suis, de ipso BALDEWINO et heredibus suis, in perpetuum, per servicium dimidii militis inde faciendum, pro omni servicio.

CLXX.—(120 J.)

[20th January, 1207-8, 9 Jo.]

(Gilbert de Kentewelle calls to warranty Baldwin Filloil, concerning half a knight's-fee in Bonington. And in a recognizance of Mortdauncestor, Roger de Langeford quitclaims to the said Gilbert and Baldwin all right in the said half knight's-fee and the advowson of the church of the said ville; for which the said Gilbert gives the said Roger fifteen marks of silver.)

Apud Westmonasterium, in octabis Sancti Hillarii, anno regni Regis Johannis nono.

Coram ipso domino Rege, etc. [ut in No. 169.]

Inter ROGERUM DE LANGEFORD, petentem, et GILBERTUM DE KENTEWELLE, tenentem.

¹ *i. e.* Bonington.

De feudo dimidii militis, cum pertinentiis, in BUNINTON.

Unde idem GILBERTUS vocavit ad warantiam BALDWINUM FILLLOIL in eadem Curia, qui venit et ei warantizavit. Et unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus ROGERUS remisit, et quietum clamavit de se et heredibus suis, predictis GILBERTO et BALDEWINO et heredibus eorum, in perpetuum, totum jus et clamium quod habuit in predicto feudo dimidii militis, cum advocacione ecclesie ejusdem Ville, et cum aliis pertinentiis.

Et pro hac quieta clamancia et fine et concordia, predictus GILBERTUS dedit predicto ROGERO quindecim marcas argenti.

CLXXI.—(123 J.)

[9th February, 1207-8, 9 Jo.]

(Roisia de Chagewuthe, for five marks, quitclaims to Alan de Elmestede, all right of dower claimable from her late husband, Hamo de Elmestede, in Chagewuth.)

Apud Westmonasterium, in octabis Purificacionis Beate Marie, anno regni Regis Johannis nono.

Coram G. filio Petri, Magistro Eustachio de Faucunberge, Johanne de Gestling, Waltero de Creping, Justiciariis, etc.

Inter ROESIAM DE CHAGEWUTHE, petentem, per NICOLAUM, clericum, positum loco ipsius ROESIE ad lucrandum vel perdendum, et ALANUM DE ELMESTEDE, tenentem.

De rationabili dote ipsius ROESIE,¹ quam ipsa clamat de dono HAMONIS DE ELMESTEDE, quondam viri sui, in CHAGEWUTHE.¹

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predicta ROESIE remisit et quietum clamavit predicto ALANO et heredibus suis, totum jus et clamium quod habuit in predicta dote.

Et pro hac quieta clamancia et fine et concordia, predictus ALANUS dedit predictae ROESIE v marcas argenti.

Hamo de Elmestede = Roisia de Chagewuth.
Dead 1207-8. 1207-8.

¹ There is a mill, called Chegworth, in Ulcomb; but we have no means of identifying the subject of this Fine.

CLXXII.—(124 J.)

[20th April, 1208, 9 Jo.]

(In a plea of "warantia carta," Warin, son of Gilbert Fitz Gerold, for twenty shillings, warrants to Robert de Rokesle, eighty-eight acres of land and a rent of one mark in Eccles. The original deed is recited, supplying the details of the said land, viz. In Rode, twenty-six acres of land; in Wrtha, twenty-two; in Stonhill, sixteen; in Wiueling, seven; in Rusham, three; in Estmed, two and a half of meadow; in Breche, eight acres of land; and in the Marsh, three acres. The names of the seven tenants, from whom the rent of one mark arises, are also given. To hold to the said Robert and his heirs, of the said Warin and his heirs, freely and hereditarily, by the service of half a knight's-fee for all service.)

Apud Westmonasterium, a die Paschatis in xv dies, anno regni Regis Johannis nono.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 171].

Inter ROBERTUM DE RO[KESLE] et WARINUM FILIUM GILBERTI.

De quaterviginti et octo acris terre, et de una marca redditus cum pertinentiis, in ECCLES.¹

Unde placitum warantie carte summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus WARINUS warantizat predicto ROBERTO totam predictam terram et redditum, cum pertinentiis; et car fecit de predicta terra et de predicto redditu in hæc verba.

Sciant presentes et futuri, quod ego WARINUS filius Gilberti filii Geroldi, de Eccl concessi et hac presenti carta mea confirmavi ROBERTO DE ROKESLE, quaterviginti et octo acras terre, cum pertinentiis, in ECCLES. Scilicet, in RODE viginti sex acras, cum pertinentiis; et in WRTHA xxii acras, cum pertinentiis; et in STONHULL xvi acras, cum pertinentiis; et in WIUELING vii acras, cum pertinentiis; et in RUSHAM, tres acras, cum pertinentiis; et in ESTMEDE duas acras et dimidiam prati, cum pertinentiis; et octo acras terre, cum pertinentiis, in BRECHE; et in Marisco, tres acras, cum pertinentiis. Et homagium RICARDI DE POUSSHERST, et servicium ejusdem RICARDI. Preterea, dedi et concessi eidem ROBERTO, unam marcam redditus in ECCLES, scilicet homagium EDMUNDI DE ECCLES, cum toto servicio quod mihi debuit; et homagium ROBERTI DE LANGEFELD, cum

¹ A manor in Aylesford, the ancient AIGLISSA.

toto servicio quod mihi debuit; et homagium WILLELMI ARMIGERY, cum toto servicio quod mihi debuit; et homagium ROBERTI CLAVIGERI, cum toto servicio quod mihi debuit; et homagium heredum GAUFRIDI, fratris ejusdem ROBERTI, cum toto servicio quod mihi debuerunt; et homagium WLMARI THICHOT, cum toto servicio quod mihi debuit; et homagium AILWINI apud CLIVE, cum toto servicio quod mihi debuit.

Habendum et tenendum eidem ROBERTO et heredibus suis, de me et heredibus meis, in feudo et hereditate, libere et quiete, integre, et finabiliter, cum omnibus pertinentiis, sine aliquo retenemento; faciendo inde mihi et heredibus meis servicium dimidii militis, pro omni servicio, et omnibus rebus, et omni exaccione. Et ego WARINUS predictus, et heredes mei, debemus warantizare predicto ROBERTO et heredibus suis, totam predictam terram, cum pertinentiis, et totam predictam marcam redditus, cum pertinentiis, cum homagio et servicio predicti RICARDI DE POUESHERST in omnibus rebus, contra omnes homines per predictum servicium dimidii militis.

Et pro hac warantizatione et fine et concordia, predictus ROBERTUS dedit predicto WARINO viginti solidos esterlingorum.

Gilbert Fitz Gerold, =
of Eccles.

|
Warin.

CLXXIII.—(122 J.)

[4th May, 1208, 9 Jo.]

(In a recognizance of Mortdauncestor, Henry de Insula acknowledges to Simon de Cref (? Oref) twenty acres of land and a mill in Rainham, and quitelaims them to him and his heirs; for which, the said Simon grants to the said Henry seven acres of land in Borden, lying in front of the house of the said Henry, towards the south; to him and his heirs, to hold of the said Simon and his heirs, for ever, by the free service of two shillings per annum. The said Simon and his heirs will answer for all the "forinsec" services of the said land.)

Apud Westmonasterium, a die Paschatis in unum mensem, anno regni Regis Johannis nono.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 171.]

Inter SIMONEM DE OREF,¹ petentem, et HENRICUM DE INSULA, tenentem.

De viginti acris terre, et de uno molendino, cum omnibus pertinentiis suis, in RENDHAM.²

Unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus HENRICUS recognovit totam predictam terram, et predictum molendinum, cum omnibus pertinentiis suis, esse jus ipsius SIMONIS; et ea remisit et quietum clamavit de se et heredibus suis, predicto SIMONI et heredibus suis, in perpetuum.

Et pro hac recognicione et quietam clamanciam et fine et concordiam, predictus SIMON dedit et concessit predicto HENRICO septem acras terre in BORDEN, que jacent ante domum ipsius HENRICI versus Austrum. Habendas et tenendas ipsi HENRICO, et heredibus suis, de ipso SIMONE, et heredibus suis, in perpetuum, per liberum servicium duorum solidorum per annum, pro omni servicio, reddendorum ad festum Sancti Michaelis. Et idem SIMON, et heredes sui, defendent predictas vii acras terre, cum pertinentiis, de omnibus forinsecis serviciis, in perpetuum.

CLXXIV.—(129 J.)

[15th June, 1208, 10 Jo.]

(In a recognizance of Mortdauncestor, William Fitz David, for ten marks, quitclaims to the Abbot of St. Augustine, Canterbury, fifty-five acres of land in Plumsted.)

Apud Westmonasterium, a die Sancte Trinitatis, in xv dies, anno regni Regis Johannis decimo.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 171.]

Inter WILLELMUM FILIUM DAVID, petentem, et ROGERUM, Abbatem de Sancto Augustino Cantuarie, tenentem.

¹ ? Oref.

² *i. e.* Rainham.

De quinquaginta et v acris terre, cum pertinentiis, in PLUMSTED.

Unde recognicio de morte antecessoris, summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus WILLELMUS remisit et quietum clamavit de se et heredibus suis, predicto Abbati, et successoribus suis in perpetuum, totum jus et clamium, quod habuit in predicta terra, cum pertinenciis.

Et pro hac quieta clamancia et fine et concordia, predictus Abbas dedit predicto WILLELMO decem marcas argenti.

CLXXV.—(128 J.)

[15th June, 1208, 10 Jo.]

(In a plea "warantise Cartæ," Robert de Bretell, for half a mark, warrants to Hugh de Wilminton a charter, which is recited, in which he quit-claims the said Hugh from all services and customs in Romney Marsh, viz. Wallage, Watergangs, etc., for four shillings per annum.)

Apud Westmonasterium, a die Sancte Trinitatis in xv dies, anno regni Regis Johannis decimo.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 171].

Inter HUGONEM DE WILMINTON et ROBERTUM DE BRETTELL.

De serviciis et consuetudinibus et de demandis, in MARISCO DE RUMENELL.

Unde placitum Warantie Carte summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus ROBERTUS warantizat predicto HUGONI cartam quam ei fecit de predictis serviciis et consuetudinibus et demandis, in hæc verba.

Sciunt tam presentes quam futuri, quod ego ROBERTUS DE BRETTELL clamavi quietum HUGONEM DE WILMINTON, et heredes suos, de omnibus serviciis, et consuetudinibus, et demandis, in marisco, in perpetuum; videlicet, de Wallis et Watergangiis, et de omnibus rebus que pervenire poterunt de operibus in marisco; reddendo, singulis annis, mihi et heredibus meis, ipse Hugo et heredes sui quatuor solidos sterlingorum, ad duos terminos; videlicet, ad Pascha, duos solidos; et ad Nativitatem Sancti Johannis Baptiste duos solidos.

Et pro hac warantizazione et fine et concordia, predictus Hugo dedit predicto ROBERTO dimidiam marcam argenti.

CLXXVI.—(130 J.)

[25th June, 1208, 10 Jo.]

(Ralph de Orklaueston, for forty shillings, quitclaims to William Fitz John, all right in a third part of one carrucate of land in Guntsieston.)¹

Apud Westmonasterium, in crastino Sancti Johannis Baptiste, anno regni Regis Johannis decimo.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 171.]

Inter WILLELMUM FILIUM JOHANNIS et RADULPHUM DE ORDLAUESTON.

De tercia parte unius carrucate terre, cum pertinentiis, in GUTSIESTON.¹

Unde placitum finis facti fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus RADULPHUS remisit et quietum clamavit, de se et heredibus suis, predicto WILLELMO et heredibus suis, in perpetuum, totum jus et clamium quod habuit in predicta tercia parte illius carrucate terre, cum pertinentiis.

Et pro hac quieta clamancia et fine et concordia, predictus WILLELMUS dedit predicto RADULPHO quadraginta solidos esterlingorum.

¹ Probably Gunston, near Dover, anciently written Gounceston, Goceston, and Gusseton. Still, it may possibly, though improbably, be Goodnestone, near Wingham.

CLXXVII.—(126 J.)

[25th June, 1208, 10 Jo.]

(Thomas de Cokerherst acknowledges eighteen acres in Lullingeston, to William Fitz Waldin; for which the said William grants the said land to the said Thomas for life, to hold of the said William and his heirs by the service of sixpence per annum. The said Thomas to answer the claims of the chief lord. Remainder, after the death of the said Thomas, to William his son by Elycia, and the heirs of his body; to hold by the same service. In default of such heirs, to revert to the said William, son of Waldin, and his heirs. If the said William, son of Thomas, die before his father, the said Thomas is nevertheless to hold the land for life, of the said William, son of Waldin.)

Apud Westmonasterium, in crastino Sancti Johannis Baptiste, anno regni Regis Johannis decimo.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 171.]

Inter WILLELMUM FILIUM WALDINI, petentem, et THOMAM DE COKERHERST, tenentem.


De xviii acris terre, cum pertinentiis, in LULLINGESTON.

